

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XLIX. Laus Timoris Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

quasi domesticum latronem, confiant; sed etiam operibus, alioquin adiaphoris, ut est opus edendi & bibendi, si in gratia Dei sint, promereantur augmentum gratiae & gloriae.

*XLIX. LAUS TIMORIS DOMINI,  
Optimi Studiosorum Moderatoris  
ac Pädagogi.*

**E**XORDIUM à periculis eorum qui laxam habent conscientiam, quod non solum lethalia peccata, ut aquam hauriant: sed venalia etiam parvipendant, cum tamē nullum tam pusillum sit peccatum, cuius non Deus rationem sit exacturus, & quod, si hic non acta sit ejus pœnitentia, in purgatorio postea diris suppliciis non sit luendum.

**PROPOSITIO:** Te igitur Auditores ad optimū laxae conscientiae remedium ad Timorem Dei, invitaturum.

**CONFIRM. I.** Locus à dignitate, quæ patet ex iis spiritus S.oraculis, quæ quo suis timentes Deum *Vid Oras.* prōnūciant Beatos: (*Psal.* III. v.1. *Prov.* 28. v.34. *Syr.* 19. *P. Delry de Timore* 15 v.25.34. v.17.) & ex iis, quæ Timorem Deū an- *Dei in opere* referuntaliis donis Spiritus Sancti. (*Syr.* 10. v.27.23 *Mariano.* v.37.35.34. v.27.) Adhæc ex iis quæ in eo initium, progressum, & perfectionē Sapientiae constituunt, *Prov.* 1. v.7. *Iob.* 28. v.28. *Syr.* 1. v.20.12. v.13. (Atq; hic licebit excurrere in nobilitatem sapientiae, quam B. *Iob* expressit c.28. v.12. & *Salo.* *Prov.* 3. v.13. & seq. 8. v.11. *Sap.* 6. v.13. 7. *Syr.* 1. v.4.37. deinde *Ez.* 11. v.2. Timor Domini inter septem Spiritus Sancti dona, quæ supra Christum conquierunt, numeratur: quæ se- ptē dona S. Aug. & Greg. non semel conferunt cū septem Beatitudinibus à Christo traditis: ac do- num quidem Timoris cum prima beatitudine. Cō- feres hoc donum cum reliquis omnibus bonis for- tunæ, corporis, & animi. Hæc enim cum pleraque

*flu-*

Suxa sint & incerta, Timor tamen Domini, ut ait propheta manet in eternum.

**II.** à necessitate, quam crebris monitis mandatisq;  
Utrumque Testamentū indubitatum reddit (Deut.  
6.v.13.10.v.12. Ios.24. Vers.14. Ps.2.v.11.33.v.10. Pro-  
verb.3.v.7.4.v.20. Syr.12.v.13.7. v.31. Malah.1.v.  
4. Matth.10.v.28.1. Pet.2.v.17. Apoc.14.v.7. Eandem  
coroborant ea Scripturæ testimonia, quæ negant  
Timore Domini destitutis aditum ad gratiam &  
salutem (Syr.1.v.28.) quæ passim arguunt improbos  
metus divini expertes esse. Deu. 25.v.28. Iob.6.v.  
14. Ps.13.v.2.35.v.2. Syr.23.v.27. Malach 3.v.3.)

**Hanc spiritu-  
ualium  
fructuum  
copiam sup-  
peditat no-  
bia divina  
Scriptura.**

**III.** à multiplici fructu. **PRIMÒ**, odit malum. Prov.  
8.v.13. **SECUNDÒ**, expellit peccatum, vel arcet à pec-  
cato, (Syr.1.v.27.) **TERTIO**, inserit studium pla-  
cendi Deo. (Syr.2.v.19. (**QUARTÒ**, convergit ad vi-  
tam meliorem. (Syr.7.Isa.2.6. **QUINTÒ**, est initium  
sapientiae & pietatis. (Iob.27. Psalm.110. Prov  
1.Syr.1.v.25.) **SEXTÒ**, est initium fidei & charitatis  
(Syr.25.v.16.) **SEPTIMÒ** est causa observationis  
mandatorum Dei, & bonorum operum. (Syr.2.v.  
21.15.v.1. **OCTAVÒ**, est radius constantiae in tenta-  
tionibus. (Prov.14.v.26. Nonò conciliat erga nos  
posterosq; nostros fauorem & misericordiam Dei.  
(Psalm.10.v.2.17. Psalm.117. v.4. Luc.1. v.50. Syr.10.  
v.23. Iob.4.v.23.) **DECIMÒ**, dat copiam & affluen-  
tiam bonorum temporaliū (Ps.33. v.10. 110. v.1.  
Prov.10.v.27. v.40.27.) **VNDECIMÒ**, verum cordis  
gaudium, Syr.1.v.11. **DVODECIMÒ**, fiduciam de felici  
exitu ex hac vita. (Prov.21.v.17. Syr.14.v.19. **DECIMOTERTIÒ** custodit innocentiam, castitatem, at-  
que a deo omnes virtutes. Hinc S. Ephrem (Ser.de  
Patiēt. Timor. ait, Dei velut gladius anceps est, omnem  
concupiscentiam prauam excidens. S. Cyprian. in epist.  
1. vocat Timorem Dei innocentiam custodem:  
Sanctus Hier. quæst.127. custodem virtutum. **DE-  
CIMO QVARTÒ**, promeretur, retinet, & recuperat  
(te-

C teste Sancto Bernardo Ser. 55. in *Canticis*) gratiam.  
*Hic* licebit digredi in Exemplum Abrahæ, qui, quia  
 ducem omnium recte factorum ab Orbe condito  
 Domini Timorem fuisse firmiter sibi persuadebat,  
 eò usq; processit, ut poti⁹ quām illum negligeret,  
 paternas manus charissimi filii sanguine alpergere  
 vellat. *Monstrabis autem* cum fuisse filium, quem à  
 Deo promissum acceperat, per quem se suum no-  
 men ad posteros dimissurum didicerat. *Et ampli-  
 cabis* amorem parentum, quo in filios ferri consue-  
 verunt, illumq; comparatione facta longè maxi-  
 mum in eo fuisse ostendes. Sed quid? à Deo iubetur  
 illum mactare. *Hic* per *Apostrophen Abrahamum in-  
 terrogab⁹*, quo rūm animo fuerit, cūm hæc in man-  
 datis acceperat, & simul recensēbis causas, quæ il-  
 lum tam truci fact⁹ poterant absterere: sed cūm  
 Domini Timor vicit, quid non boni est consecu-  
 tum? & filium incolument, & terum omnium af-  
 fluentiam, & apud omnium terrarum oras memo-  
 riā accepit sempiternam.

*In EPILOGO monendi sunt Auditores*, ut semper  
 p̄œ oculis habeant Divinam Majestatem, & meditentur Novissima, maximè Iudicium atque infernum: hac enim ratione salutarem hunc poterunt  
 baurire Dei Timorem.

## L. PARAENESIS AD LARGAS ET frequentes Eleemosynas.

**E**XORDIUM duces à dicto S. Chrysostomi, qui Hom.  
 43. in 1 ad Cor. inter cætera ait: *Paremus B. Paul-*  
*lo, constituentes nostris in ædibus arcuam pauperibus,*  
*qua eo in loco, ubi quisque orare solitus est, reponatur:*  
*ita ut eleemosynam primum quoties accesseris oratu-*  
*rus imponas, & deinde orationem proferas. Ve-*  
*rè ad orationem illotis manibus venire nolles, sic ne-*  
*que sine eleemosyna accedas. In hac arcula adversus*  
*diabolum armaturam habes repositam, hac orationem*  
*tham penetrantem efficis, domum sanctam reddis, in*